

## Responsio Cardinalis Bellarmini ad calumnias cuiusdam scripti anonymi.

Peruenit ad manus meas scripti sine nomine auctoris, cuius titulus est: Quid liceat, vel non liceat facere circa venerationem hominum martyrum ante eorum canonizationem, vel beatificationem sine Sedis Apostolicae licentia: Quod quidem scripti non esset difficile diuinare, cuius sit, sed quoniam latere cepit auctor, neque ego propterea suspicionem meam. quia. in eo scripti meum nomen aperte capitur, et scripti ipsum magna ambitione cubacula sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium cubacula penetrauit, permittere non potui, nec debui, ut calumnia in Cardinalem sine responsione per aures, et ora Cardinalium volitaret. Duo capita opusculi meorum perstringuntur, quae capita, si legerentur ab omnibus, qui scripti anonymi perlegerunt, nouae responsionis opus non esset: sed quia plurimi ea forte non legent, proferamus in medium scripti anonymi verba, et ad ea breuissime respondeamus.

Minus (inquit) probabile videtur, quod asseruit D. Cardinalis Bellarminus tomo v. Controversiarum lib. i. de Sanctis, cap. 8. circa finem, videlicet Sanctos veteres capisse eam in Ecclesia vniuersali non tam lege aliqua, quam consuetudine: cui nullus in qua Sanctus fuerit in Ecclesia receptus, et cultus sine certa Ecclesia lege, et legitimo decreto, ut vere existimauit, et probauit D. Cardinalis Baronius in notis ad Martyrologium Romanum de Apostolis; et late persecutus vocuit Ioanes Molanus in libro de Martyrologio. Haec in eo scripto, cuius auctor non mea solum scripta respicienda, sed etiam me cum Illustrissimo et doctissimo Cardinali Baronio committere voluit, ut, qui multis nominibus commendissimi sumus, saltem scriptis libris dissimulanda non essent. Sed non obtinebit, quod cupit: calumniae enim nebula euascent, et me indignum, quod Cardinalis Baronius scripsit, scripsisse luce clarius apparebit. In opusculo meo de Sanctis lib. i. cap. 8. distinguitur duplex canonizatio, particularis, et vniuersalis: particularis dicitur, qua Sanctus aliquis, sive Martyr, sive Confessor colendus proponitur uni particulari Ecclesia; vniuersalis: qua toti Ecclesia colendus proponitur, ita, ut nemini transgrediat deus hominis sanctitate, et beatitudine dubitare. Ac particularis quidem canonizatio antiquis temporibus Episcoporum particulari iudicio commissa erat, ut in eodem loco a me probatur testimonijs Sancti Cypriani, et Thomae Waldensis; et hoc ipsum docent Optatus, et Sanctus Augustinus, quos Cardinalis Baronius citat. Itaque non scripsit, neque sensi, ut iste auctor videndi vult, me scripsisse, vel sensisse, licuisse olim sine ulla Episcopali iudicio, vel decreto Sanctos homines publice colere. De vniuersali canonizatione docuit plurimos veteres Sanctos non certa lege, sed consuetudine vniuersali Ecclesiae, non sine expressa, vel tacita Summi Pontificis approbatione canonizatos fuisse. Integer igitur sensus verborum meorum sic est, eos Sanctos, qui colantur in particularibus locis decreto particularium Episcoporum coepisse paulatim coleri in Ecclesia vniuersa non certa aliqua lege, vel decreto; sed consuetudine a Summis Pontificibus consensu tacito approbata: quod quidem verissimum esse non dubito, neque omnino vides, quod contradicere possit. Quae enim quis fecerit, ut Sanctus Martinus, S. Nicolaus, Hilarius, et innumerabiles alij in vniuersa Ecclesia publice colantur, ut nefas sit de eorum sanctitate dubitare? Ad eorum Summos Pontifices fecisse certo decreto neque Bulla canonizationum, neque historia ulla testatur. Episcopi autem particulares neque seorsum in sedibus suis, neque in Concilijs congregati toti Ecclesiae legem dare possunt, neque eorum iudicium certam fidem facit, nisi accedat illius confirmatio, cui Dominus ait: Et tu aliquando conuersus confirma fratres tuos. Quae igitur auctor illius scripti solidum fundamentum, si ei non placet vniuersalis Ecclesiae consuetudo, qua Sanctus Augustinus in eiusmodi observationibus pro lege semper fuit (ut videre est in epta. 118. 119. 120. et alibi) quaerit, inquam, solidum fundamentum, super quo nitatur Fides, qua de certa, et indubitata beatitudine habemus veterum Sanctorum, qui non leguntur a Summis Pontificibus canonizati. Quod n. auctor scripti dicit in explicatione prima sua conclusionis, Episcopi potuisse canonizare, antequam Summi Pontifices id sibi reseruarent, novum est, et periculosum. Vera enim, et absoluta canonizatio, qua toti Ecclesiae Sanctos colendos proponit, et quae certam fidem facit, nunquam ad Episcopos particulares pertinet, neque id sibi Summi Pontifices reseruunt; sed ad eorum potestatem proprie pertinet, ut pertinent omnes aliae causae maiores. Et qui contra sentit, (ut certe videtur auctor scripti sentire) vel dubiam addit canonizationem Sanctorum, vel omnes Episcopos pares Summi Pontificis facit. Prohibuit quidem Alexander 7. et postea Innocentius 3. ne quis publice tanquam Sanctus colatur sine consensu Apostolicae Sedis; sed non inde colligitur, ante hanc prohibitionem uis canonizandi pene omnes Episcopos fuisse, nisi forte in sua particulari Ecclesia (ut supra diximus) sed ea canonizatio neque absolute canonizatio dici poterat, neque certam fidem faciebat, neque vniuersalem Ecclesiam obligabat.

Veni nunc ad alterum caput, quod auctor scripti vellicat in opusculo meo. Ex omnibus (inquit) praedictis patet responsio ad dubium propositum, videlicet circa nodum canonizatos non licere aliquem cultum solenne, aut publicum eis exhibere, neque eorum festa publice celebrare, neque nomina eorum in litanijs enumerare, neque in



Martyrologijs describere, neq; in die obitus illorum campanas sonare, neq; pingere imaginem cum diademate vel miraculis, neq; illa omnia circa illos tam ampla prestare, qua videtur concessisse D. Cardinalis Bel-  
larmenus 4.º: Controverfias lib. 6.º de Sanctis cap. 10. Hæc ille.

Ego v. non amplificasse, sed nimis in angustiâ redigisse mihi videor sonare, qui viris egregijs non dū canoni-  
zati debent: negavi enim posse eos publice predicari tanquā Sanctos; negavi posse publice invocari;  
negavi posse in litarijs, vel divinis officijs nominari; negavi posse Altaria, et Templâ in eorum memoriâ  
erigi; negavi posse imagines eorum cum diademate pingi, vel in Templis collocari, quasi essent Sanctorum  
canonizatorum imagines; negavi posse dies festos in honore eorum celebrari; negavi deniq; reliquias eorum  
publice honorari posse proponi. Estne aliquid, quod addi potuerit? At dixisti, posse hominē nō canoni-  
zatum appellari Sanctum. Itæst: sed etiam Sanctus Bernardus vocavit Sanctum, Malactiam, statim  
a morte, et vitâ eius, ut vere Sancti descripsit: Sanctus quoq; Bonus Sanctum appellavit Bonaventurâ  
adhuc in carne mortali viventem. Sancta Catharina Senensis in eptis suis Sanctâ perpetuo vocat Agne-  
tem Politianâ recens mortuâ, et alia id genus exempla sine numero adferri possent. Et quid ego ma-  
li facis, si quem Sanctum esse præcædo, Sanctum etiam nominis. At dixisti, posse privatim coli,  
et invocari eos, qui cū Sanctitatis opinione decedunt. Neq; id nego; quia nullus negat, id iure fieri.

Dixisti, posse privatim ab alumnis alicuius Sancti viri eius imagines pingi, et in privato cubiculo reti-  
neri, et honorari. Dixi omnino, et quod dixi, posse fieri, ipse facio: nisi forte Sonare picturâ magis mu-  
reantur viri clari literis, et prælijs, quâ religione, et pietate officii. Dixisti, reliquias Sanctorum  
mortuorum non dū canonizatorum posse privatim haberi, et coli. Itæst, et qui negat id, valde  
impevit se ostendit distorcendum, quibus vitâ Sanctorum continentur: nam non solum mortuorum  
sed etiam viventium, qui cū opinione Sanctitatis inter homines versantur, fragmenta vestium, su-  
variorum, unguentorum, reliquias ciborum, capillos, aquam lotionis manuum, et similia præcæpi solita  
reliantur de vitâ S. Bernardi. S. Francisci, et aliorum. Coepit autē hæc consuetudo Apostolorum  
tempore: deferebantur n. semicintia, et sudaria a corpore Pauli super agrotos, ut scribit S. Lucas  
Actorum. 19. et inde per universam Ecclesiâ hoc præcæpi genus propagatum est. Neq; Conciliū Lan-  
ranense præcæpi privatam reliquiarum novarum cultum; sed publicum tantum, ut ipsa verba per se fide  
faciunt.

Illud autē, fateor, me sine stomacho legere nō potuisse, quod in extremo scripti auctor dicit, eos  
nunc honorari, qui non solum canonizati non sunt, sed quos vix, dū viverent, aliqua excellenti vitâ  
fama commendabat. Hic enim iam non ego solus pungor, sed punguntur ipsi viri præclarissimi, quorum  
vita plena virtutibus, atq; serarum operibus scripta extant. Et certe neq; pite, neq; tutum est cum  
Sancti viris, quorum non dū canonizatis, bellis gerere: multo minus decet eis detrahere, quide xpiana  
Religione optime meriti in Dño requiescunt, et cū ipso Dño, ut præcædimus, regnant feliciter.

Quod si auctor scripti Ignatii Loyolam vel solum vel potissimū notare voluit sui multam non sine causa  
suspiciantur) sciat se iniuriam fecisse multis pijs, et religiosis viris, qui cū Ignatio, dum viveret, fami-  
liariter versati, ac deinde legitime examinati deposuerunt, Ignatium Fide, Spe, Caritate, Patientiâ,  
Continentiâ, Humilitate, Orationis studio, alijsq; xpianis virtutibus ita evitasse, ut perfectioni ex æpler  
merito Saberehtur; qui certe falsi testimonij, et violati iuramentum rei essent, si Ignatium, dū viveret,  
nulla excellenti vitâ fama commendasset: fecisse iniuriâ Regi Catholico, multisq; alijs magnis Principi-  
bus, trancis, trancis, qui pro Ignatij canonizatione solliciti et fuerunt, et sunt, quod non est veri-  
simile canonizari voluisse hominē, quē nulla excellenti vitâ fama commendasset: iniuriam quoq;  
facisse Sacre Congregationi Illustrissimâ Cardinalium, qui vitâ, et miraculis, quæ Congregati  
non censuissent, ut censuit, posse dari ab Aplica Sede literas cõpulsivas ad Episcopos pro informatione  
capienda de Ignatij vitâ, et miraculis, si dunc viri nulla excellenti vitâ fama commendasset.

Adde etiam iniuriâ fecisse duobus Sumis Pontificib; Paulo 3.º et Marcello 2.º quibus Ignatius in  
suma venerat: ut vir Sanctus, et perfectus, semper fuit. Qui Sumi, prudentissimiq; Pontifices  
nūquā in tanta opinione Sanctitatis hominē Saberehtent, quem nulla excellenti vitâ fama com-  
mendasset. Adde etiam iniuriâ fecisse Deo, qui Ignatiū mirabili vocat: a seculari militia abstrahit  
in Ducē, ac Fundatorē Ordinis Religiosi ab Aplica Sede confirmat, dū ipse viveret, elegit,  
ac post mortem multis nobilitavit miraculis, usq; Episcoporum iudicio examinatis, et probatis: Deus enim  
quē nec fallere, nec falli potest, nunq; testimonium excellentiæ per miracula illi daret homini, quē nulla  
excellenti vitâ fama commendasset.



Utium aut interrogari possint de Fide, qui mortuos nondum canonizatos plus iusto venerari videntur, non est meum dijudicare: meum tamen est, monere, ut videant, ad quos hoc iudicium pertinet, an sit interrogandus de Fide, qui sine ulla distinctione absolute affirmat, Episcopos olim licuisse, sanctos canonizare: quod communis Doctorum sententia habet, tam proprium esse Summi Pontificis, ut neque Collegio Cardinalium, neque Concilio generali tribui possit.

Atque haec sufficiant in praesenti: non enim toti scripti discutendi suscepi; sed ea solum, quae ad me quoquomodo pertinebant. Robertus Cardinalis Bellarminus.



In scriptis Cardinalis Bellarmini  
 1625



Handwritten text at the top of the page, appearing to be a list or index of names and titles, possibly related to the University of Salamanca.



Vertical handwritten text: *Magistra Cardinalis Bellarmino*

Faint handwritten text at the bottom of the page, likely bleed-through from the reverse side.